



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hydra Prophanarum Novitatum, Sive Descriptio
Historico-Theologica causarum principalium omnium
irrepentium Hæreseon ac Schismatum: unàque Generalis
earundem prophanarum Novitatum confutatio**

Alexander <a Sancta Theresia>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Caput II. Efferenata avaritia est schismatis, ac prophanæ novitatis seu
irrepentis hæresis causa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35361

les, quia superbi sunt, ascendunt. Quid est ascendunt? Extolluntur. Unde ascendunt? Per alteram partem. Unde de parte dici volunt, quibus in unitate non sunt: de altera parte sunt, & de ipsa parte ascendunt, id est, extolluntur, & volunt tollere oves. Quomodo ascendunt, videte. Nos, inquit, sanctificamus, nos facimus justos. Hæc Augustinus, quibus hanc de superbia, ut prophanæ novitatis causa, tractationem concludo, & gradum facio ad avaritiam.

Caput II. Hydræ.

*Effrenata avaritia est schismatis,
ac prophanæ novitatis, seu irre-
pentis hæresis causa.*

EX superbia, quæ secundum Ecclesiasticum est initium omnis peccati, nasci prophanas, seu hæreticas novitates, scelera longè perniciosissima, caput superius luculenter demonstravit. Nunc se tractandam offert alia haud minus fecunda criminum parens, avaritia, de qua Apostolus: (a) Radix, inquit, omnium malorum est cupiditas, id est, inordinatus opum temporalium appetitus, quem item homines ad hæreticas impellere novitates, præsens probabit caput. Et, ut cum Apostolo prosequar orationem, is expressè asserit (b) avaritiæ mor-

a Timotheo.

6.

l. ibid.

bo correptos fidei pati naufragium : quam pecuniam, inquit, quidam appetentes erraverunt à fide. Ecce, quàm omnium malorum radix sit cupiditas, cum ad infidelitatem, apostasiam, ac hæresim, quam malorum originem congeriem *Proludium II.* probavit, deducat: avari namq; cæcâ ac effrenatâ habent, ac plus semper acquirendi cupiditate irritati, divitias mediis iniquis quavis occasione concervare student; hinc Chrysostomus: (a) *Avaritia & oculos cecat, & aures obstruit, & seniores reddit. Non conscientiam, non amicitiam, non consuetudinem, non propria anima salutem cognoscere sinit.* Unde avari & Ecclesiam Christi, Deum, ac divina quæstui habentes, fidem & religionem nihili faciunt, hisq; contrarias virtutes comminiscuntur, si hinc thesauros suorum incrementum sperent accepturos. De quibus perfidis nundinatoribus Titum præmonuit Apostolus: (b) *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucra gratia.* De iis & Judas dicit Apostolus, (c) *quod sunt homines, mirantes personas, quæstus causa.* Hos rursus futuros dixit Apostolus, cum ita scripsit Timotheo (d) *Hoc autem scite, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines seipso amantes, cupidi, id est, immodicè appetentes divitias: ac si diceret: instabunt tempora periculosa, quia futuri sunt homines, qui tanto ardore inhiabunt*

a Hom. 46
in Ioan.

b Ad Tit.
cap. I.

c Epist.
Iude v.
16.

d 2. Tim. 3

coacta

coacervandis divitiis, ut propter eas etiam fidem non formidabunt abnegare: subdit enim: *hi (cupidi) resistunt veritati, homines corruptè mente, reprobi circa fidem.* Unde graphicè eos depingens sanctus martyr Ignatius (a) *Quorum Deus, inquit, venter est, qui terrena sapiunt, amatores voluptatum, & non Dei, speciem quidem pietatis præ se ferentes, virtutem autem ejus abnegantes. Christum mercantes, verbum Dei in tabernis predicantes, & Dominum nostrum Iesum Christum vendentes, mulierum corruptores, aliena concupiscentes, & pecuniarum amatores.* Verba verissima; cautionantur namque Novatores prophani verbum Dei, ac instar Judæ apostatæ & proditoris, Christum, hoc est, verbum Dei & Ecclesiam Catholicam juxta illud Prophetæ Isaiæ de falsis Prophetis vaticinium: (b) *Diligunt munera, sequuntur retributiones, sunt socii furum, & justificanti impios pro muneribus.* Isti sunt lupi, qui dum ovibus Christi detraxerint vellera seu bona temporalia, perdunt animas: unde oves præmonet sanctus Petrus Apostolus (c) *In avaritia factis verbis de vobis negotiabuntur, id est, mercabuntur, ac vobis ad quæstum abutentur.* Rectè igitur concludit Divus Gregorius (d) *Quia igitur, ait, plerumque heretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur: nec ignorant, quia per versa astruunt, sed erroris predicamenta non deserunt:*

2 Epist. 8.

b Isa. 66.

c 2. Petr. 2.

d Lib. 10.
moral.
cap. 10.

dum sumptus percipere quasi Doctorum volumus bene de eis sancti viri nunc voce dicitur. Et vixit juniperorum erat cibus eorum : quia dum cogitans mentis suae sensibus avaritiam cogitant : quae de alimento vescuntur , de quo nasci proculdubio peccatorum sequentium punctiones solent. Quasi quando in sacro eloquio quadam quasi prudenter inveniunt : quae dum non intelligunt , pro falsis esse assertionibus suspicantur : mox miseris auditoribus suis , quorum non animas sed substantias appetunt , haec vociferantes aspergunt.

Caedâ hâc ac caecâ divitiarum cupidine ab acti tum veteres , tum novissimi Novatores prophani , execrandas ac planè monstruosas haereses confinxerunt , *questus causa*. Haereticorum omnium dux & princeps , Simon ille magus , artibus suis magicis tempore Apostolorum Samaritanos dementabat , ut ab his thesauros sibi compararet. Neroni , ac Romanis adulabatur , *questus causa*. Quinimò & Spiritus sancti gratiam venalem existimabat , atque spiritualia Dei dona pecunia comparari : de quo avarorum illa haeresis , simonia , ab ipso nomen sortita est. De qua re in Actis Apostolorum ita habetur : (a) *Videns autem Simon , quod per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus , obtulit Apostolis pecuniam , dicens : Date & mihi hanc potestatem , ut cuicumque manus imposuero , accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem ad eum : Pecunia tua sit tecum in perditionem , quoniam*

148. 2. 3.

donum D E I existimasti pecuniâ possideri.

Marcum Simonis discipulum ex fascinatiis à se mulieribus nobilibus & purpuratis, ingentem sibi divitiarum copiam collegisse, testatur Divus Irenæus. (a) Quin

a Lib. 1. de
heres. c. 9.

& alios sectarum suarum mysteria his tantum revelasse, qui grandes solverent mercedes, idem prodidit memoriæ, teste Fevardentio. (b) Hac delectabili divitiarum escâ

b In epist.
Iud. v. 16.
c Euseb. li.
5. Eccles.
hist. 6. 16.

inescatus execrabilis ille Montanus, (c) eâdem suos sibi aggregavit discipulos: posteaquam enim sathanicis artibus, ac commentitiis revelationibus auctoritatem sibi conciliaverat,

se Paracletum à Christo promissum esse, asseverare non erubuit. Et quò plures ad suam nefariam sectam posset allicere (sicut

d Lib. 5.
cap. 18.

ex Apollinari perantiquo Scriptore refert Eusebius) (d) exactores nummorum constituit, & sub nomine oblationum ingentes pecuniæ thesauros accumulavit, suisque

prædicatoribus, quò studiosius doctrinæ ejus operam impenderent, salariâ præbuit.

e Lib. de
schism.
cap. 4.

Sic certè decuit, inquit Giovanus, (e) illum suos secum mystas retinere, qui ipsemet nimia primatus cupiditate accensus, spiritibus

immundis locum concedens in semetipso, Sathanæ impulsu actus in ecstasi multa contra Catholicam Christi Ecclesiam contumeliosè

f Euseb.
Eccles.
hist. lib. 5.
cap. 16.

proloqueretur, ejusque contemptum omnibus inducere laboraret (f) suis enim persuadebat, universam Ecclesiam, quæ per Orbem

I 4
diffu-

diffusa est, blasphemare. Quod quidem ipsi
 non proprium est, sed reliquis prope omni-
 bus hæreticis ac schismaticis commune con-
 tra Ecclesiam Christi sponsam maledicentis
 studium; sic enim insanire solent, ac debili-
 chari, quos idolum Mammona ad impi-
 os errores pertraxit. Hisce nefastis avaritiis
 queis implicatus Paulus Samosatenus, su-
 quoque discipulos eisdem famentis ac pabu-
 lis sibi studuit devincere. Nam ipsemet, ut
 ex epistola Concilii Antiocheni refert Euse-
 bius (a) postquam à Catholica doctrina
 gula ad aliena se dogmata & adulterina con-
 vertit, cum prius egenus fuerit atque pau-
 perimus, & neque ex parentum successione
 neque ullam quæstus occasionem haberet in-
 nestam, ad summas divitias subito pervenit
 non aliunde, quam de sacrilegio, & ex his
 quæ per fraudem diripuit, concutiens fru-
 tres, vendens patrocinia, & fidem soler-
 ptorum negotiorum, nec acceptam mercedem
 stodiens, existimans secundum quod scrip-
 tum est, quæstum esse pietatem. Atque
 plures ad suum sceleratum contubernium
 invitaret, Presbyteris quoque ac Diaconis,
 qui sibi morem gerebant, congregandi
 divitias facultatem tribuit, quos
 similibus obnoxii peccatis, & infidelibus
 illecebris deliniti suo præceptori pertinacius
 adhærescerent. Ex omnibus Ecclesiasticis
 Scriptores, Nicephoro Callisto, Theodo-

*Lib. 7.
 Eccles.
 hist. c. 26.*

reto, Sozomeno, & aliis, satis manifestæ sunt
Arianorum, ac Donatistarum rapacitates. De
quibusdam senioribus, tempore persecutionis
Donatistarum, scriptum reliquit Optatus Mi-
levitanus, quod, cum illorum fidei commis-
sa essent quam plurima Ecclesiæ ornamenta
ex argento & auro, *commendatam prædam
faucibus avaritiæ ebiberunt, & cum reddere co-
gerentur, subduxerunt communioni pedem.*

Inexplebilem Hæresiarchæ Witcleff, &
asseclarum, avaritiæ rapacitatem, variis occa-
sionibus descriptam reliquit eorum malleus,
noster magnus Thomas Waldensis, quem de-
inceps audiamus [a] *In omni statu, inquit,
Hæretici avidè amplectuntur divitias, & ne
expertum est, pro his rapiendis ab Ecclesia, ex-
ercent omnem in verbis hypocrisim, & intracta-
tibus similitatem. Dicunt enim de Ecclesia,
cui Cainiticam [b] gerunt tanquam ad Abel in-
vidiam: Hic est hæres, [c] occidamus eum, &
habebimus hereditatem ejus. Hoc enim toto
corde sperant, & idè ad hunc finem, illicitam
Ecclesiæ dotationem cunctis apparatus procurant.*
Hæretici ergò semper Ecclesiasticorum co-
nantur rapere proventus, ac (d) mentiuntur
se gratis annuntiare Evangelium, quod Catho-
licos Prædicatores calumniantur divulgare
quæstus causâ: unde Witcleff (e) reprehendebat
Episcopos, quod Fratres, id est Religiosos, per-
mitterent prædicare, qui ob lucra pecuniarum,
ut calumniabatur, prædicabant,

I s

suos

a Tom. 1.
li. 2. art. 3.
cap. 49.

b Genes. 4.
c Matt. 21.

d Exer-
centes in
verbis hy-
pocrisim.
e Ser. 43.
oper. Epist.
apud Wal-
den. tom. 1.
lib. 2. art.
3. cap. 72.

suos autem discipulos, quos mendaciter docebat gratis dare verbum Evangelii, prohiberi prædicando: *Fratres*, inquit Hæresiarum vendentes suas fabulas & mulcentes ac foventes peccatores & eorum culpas, statim licentiam a populo prædicandum, sed illos qui volunt gratis dare verbum Evangelii sine mendicatione faciunt evangelizare: quod oritur indubie ex instinctu diaboli. Hæc Wicleff. Et sub

*a Tom. 1.
lib. 2. art.
3. cap. 72.*

(a) responsurus noster Waldensis., Quis jam oportet insistere laudibus sermonum & laboribus dignis aureola gemina Doctoratus & Martyrii, quos Fratres contra vitia doctrinarum, & morum instantes hæcenus pertulerunt: necdum enervantur qui portant orbem: ad rem alacriter pergo., *Et ego sequor fratrem ac Magistrum calumniatum Fratrum Wicleffo respondentem, & de vitiis avaritia convincentem.* Ecce mi Wicleff,

Ibid.

habes ex Evangelio Jesu Christi tres Evangelizantium species: Pastores qui oves diligunt, & veri Evangelii Christi prebulum administrant, & isti diligendi sunt: nolo tamen ut inter istos, tuos numeres Sacerdotes, sed sunt mercenarii, quos si vis, quia mercedem expectant, exponas pro fratribus: Ego autem latrones vel lupos tuos dixerim Sacerdotes: nam quantum ad mercenarios subscribit AUGUSTINUS. Sunt homines in Ecclesia, de quibus dicit

b Philip. 2.

Apostolus, (b) quia ex occasione Evangelizantium

lizant, quærentes ab hominibus commoda
sua, sive pecuniaria, sive honorem, vel laudis,
humanæ. Quomodolibet volentes accipere,
munera: Ergo isti evangelizant: & non tam
salutem ejus quærunt cui annuntiant, quam
commodum suum. ,,

*Infra autem in particulari ostendit, Wiclef-
fistas quæstus causa suas disseminare hereticas
novitates, nequaquam, ut Wicleff simulabat,
gratis. ,,* Quomodo gratis Wicleffistæ de-
nunciant? Quid refert dicere (spolia quæ col-
lectarum vice exercent in privatis suis conci-
liabulis, unde Sacerdotes suos Hæreticos ad
prædicandum largâ stipe conducunt? Ad-
huc superstes est Pastor quidam grandis lo-
calis Ecclesiæ, cui quidam Præpositus Lollar-
dorum decem librarum stipendium obrulit,
ut in prædicatione sua per terras desudaret. ,,
Adhuc de memoria hominum non excedit
magnus ille thesaurus publicè in magna cista
quasi Fisco repositus & collectus Londini. ,,
Unde cuilibet non fratri prædicanti Domini-
ca in cruce Pauli Cathedralis totius civitatis
Ecclesiæ daretur summa quadraginta solidor-
um, aut viginti ad minimum. Frates autem
cùm toto tempore illo quasi totanocte
piscati essent, nihil receperunt. Quomodo
non gratissimè prædicabant. Sed jam ex-
hausto thesauro, cùm cursus dictorum expi-
raret prædicantium: nonne congruè taxa-
vit illos, cùm prædicaret illic juvenis Car-
melita,

Ibid.

,, melita, & diceret. Eia (inquit) quis
 ,, strum his tribus annis carius vendidit E
 ,, gelium, an Fratres, qui alternis vicibus co
 ,, tra omnes locum istum tenebant sine
 ,, mo, sine prandio. An hi, qui sumpt
 ,, stipendium quadraginta solidorum pro
 ,, mone, jam cessante thesauro recedunt,
 ,, prædicationem pauperem penitus paupe
 ,, bus derelinquunt: allegantes pro se illud
 ,, Proverbium. Mortuo mandatore expo
 ,, mandatum. Ecce Domini mei, quam gra
 ,, Witclefistæ prædicant Evangelium,
 ,, nunquid mentitus est eis Sanctus Pres
 ,, ter HIERONYMUS, cum diceret eos
 ,, mnes pro divitiis & ventris ingluvie &
 ,, luptate docere? Super Psal. 143. Oves
 ,, rum crassæ, Israëliti populi tenues sunt
 ,, Egyptii crassi sunt. Videas enim Mag
 ,, stros Hæreticorum nihil aliud facere,
 ,, studere divitiis, Divitiis student, & pa
 ,, periem contemnunt.

*Addit deinde auctoritatem S. Gregorii, in
 his supra adductam: tum prosequitur cum Hie
 ronymo, ,, Item HIERONYMUS libro p
 ,, mo super Hieremiam in Commentario, te
 ,, tu; vade, & clama sermones istos contra
 ,, quilonem. Nulla (inquit) hæresis nisi pro
 ,, pter gulam, ventremque constituitur: U
 ,, seducat mulierculas oneratas peccatis, (1
 ,, semper discentes & numquam ad scientia
 ,, veritatis pervenientes, de quibus verè dicitur*

2 2. Tim.

3.

tur. (a) Qui devorant plebem meam, velut
 escam panis. Hæc ille. AUCTOR. At
 utinam solas escas, aut res, aut nummos po-
 puli devorarent, & parcerent animabus!

Denique alio loco docet (b) Hæreticos opibus
 Ecclesiarum inhiare, & pro eis obtinendis hæreses
 propagare. Carentia, inquit, rei tempora-
 lis avidè appetitæ, multos propagavit Hære-
 ticos. Infra. Verumtamen ut dixi, pro fa-
 cultatibus Ecclesiæ plenè est omnis pugna,
 & decertatio Cleri nostri. Et per hanc gra-
 datim ascendunt Hæretici ad majores hære-
 ses de Sacramentis: Et tandem pontunt os in
 cælum, ut perversè loquantur de Deo. Unde
 GREGORIUS NAZIANZENSIS. Fa-
 cultatibus fraudabunt. Quibus? In his fa-
 cultatibus aliàs mihi incidet quas non habeo.
 Si autem Ecclesiasticis, hoc utique est pro
 quo omnis pugna & pro quo omne certa-
 men, an ighoramus, quia per pecuniæ
 cupiditatem & loculorum fraudem Judas
 etiam ad proditorem proficiscitur Christi,
 (c) & trigintà argenteis Dominus apprecia-
 tur majestatis? Tanto pretio non Dominus;
 sed proditor dignus est; (& quilibet avarus
 Hæreticus pecuniâ animas suas & alienas ve-
 nales habens.) Auctor. Ecce iste Doctor &
 antiquus Episcopus, Magister S. Hieronymi
 in sacra Pagina, ut ipse testatur, & in libro de
 viris Illustribus capitulo nono, & libro pri-
 mo contra Rufinum non damnat facultates
 Ecclæ

a Ps. 139.

b Tom. i.
 lib 4. art.
 3 cap. 33.

c Matth.
 26.

„Ecclesie, quibus etiam ipse usus est,
 „ideò damnatur cum alijs, secundum W
 „cleff. Forsan & cum alijs Hæreticis, si tu
 „fuiſſet, voluiſſet Witcleff ſpoliaſſe Beatu
 „hunc Gregorium. Sed poſtquam ſic
 „ſtendimus in genere, qualiter pro facultat
 „bus ſuis Witcleff adverſari cœpit Eccleſi
 „&c.„ *Et alio loco: (a) Dicunt quidam ge*
 „ves de Witcleff, & ejus ſequacibus, qu
 „collectas facientes per Dominicas in
 „ſcholis titulo pauperum, conducunt
 „Evangelistas magno pretio, & defraudat
 „egenos. Hæreticorum ergò proprium
 „tium eſt avaritia, Apoſtolorum verò & Do
 „ctorum Orthodoxorum opum contemptu
 „juxta illud Apoſtoli: *(b) Neque enim aliquan*
 „do fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitur
 „que in occasione avaritie. Cujus exemplo imi
 „meri Sancti ac Apoſtolicus viri omnes ſuas po
 „ſſeſſiones relinquentes, nudi nudum Jeſum
 „tibus annuntiarunt, conſtantiffimè quoque
 „cuſantes quæ ſpontè à divitibus munera offe
 „rebantur.

Ab antiquis illis avaris rapacibusque Hæ
 „reſiarchis noviffimi, qui adhuc hodie Eccle
 „ſiam Chriſti perturbant, didicerunt quædam
 „facere, iifdem artibus ſerpens infernalis
 „impulit ad peſtilentes ac pernicioſas ſectas
 „ducendas. Unde enim hæreſim ad orientem
 „ter damnato Luthero, tanta in quibuſdam
 „Regionibus hæreſum colluvies, tanti ſchil
 „marum

a Lib. 4.
 art. 1. cap.
 10.

b 1. Theſ.
 ſal. 2.

matum ac seditionum motus; nisi ex illa spe, quam dudum conceperant scelesti quidam, ut, cum schismata & hæreses invaluissent, Templorum, Monasteriorum, Collegiorum fundos ac facultates diriperent, ac ut spolia inter se dividerent? Unde tam læva contra Religiosos ac Clerum tyrannis ac persecutio, nisi quia eis extinctis, persecutorum thesauri erant adaugendi? Unde adhuc hodie tam pertinax in quibusdam Regnis, Provinciis ac Civitatibus ab Ecclesia divisio: Unde tam funesta diri schismatis ac hæreseon propè omnium turpissima colluvies fovetur, nisi ex eo, quod patrimonium Christi, quod fundos, quod agros, quod possessiones, quæ ab Ecclesiis, Cœnobiis ac Collegiis deprædatis sunt, restituere nolint. Malunt enim sacrilegi prædones in perpetuum cum suis illis opulentis spoliis ac sacrilegis expilationibus perire, quàm temporalium emolumentum & quæstum amittere, & furta ac rapinas reddere. Imò Christum potius ex suis ditionibus exterminatum, & illius fidem ac Religionem extinctam penitus ac deceptam, quidam illorum malunt, quàm patrimonium Christi in pios usus convertere, atque ad Religionis sustentationem ac restaurationem Salvatori restituere.

Ut verò particulariora quædam adducam, ac præsentium hæreseon lernam ab ovo describere incipiam, notissimum est ex Historicis, qui novissimas sectas scriptis mandarunt, Lutherum

therum à Mammona impulsum longam illam
confusissimarum hæresum telam fuisse ad-
sum.

a Cochli in
fasciculo
calum.
Lutheri.

Imò testatur Cochlæus, (a) Lutherum
ro magnæ authoritatis fiendo dixisse, qui
dem retulit Cochlæo, *Se unius cappa, et
florenorum premio allectum, ac in hac scem
productum ab initio.* Hæc ergò fuerunt fun-
tissimi schismatis ac cõfusissimæ hæreseos
ordia, ait Prateolus, *Animi tumor, arrogans
ambitio, atque, ut veterum Hæreticorum (p
suis opinionibus ab Orco in lucem revocavit) in
dem quoque radicem agnoscas, avaritia.* Nu-

b Lib. 1.
cap. 9. v. 5.

cum Laudato Floremundo (b) altè suspirat
exclamo: *O ambitiosa avaritia, quam
nobis constans! Non sine causa Philosophus dixit
nullam capitaliorem Rerumpublicarum
pestem, quam avaritiam.* Et alio loco, (c)
turpis et infamis avaritia, radix omnium mal-
lorum; ut rectè Apostolus te appellat! Tu
tam hæresi portam aperuisti. Tu illam
longam miseriarum nostrarum telam excorsisti
quemadmodum tu quoque innocentissimum
Filium tradidisti. *Avaritia, avaritia, inquit
horum sacrilegiorum primam Lutheri ad
dedit: tum avaritia etiam quorundam Augu-
stinianorum, qui agrius fortè ferebant quod
ipsi in partem non admissi essent cum ipso Luth-
ero. Magistrum gnaviter imitati discipuli, ubi
cumque locorum pedem intulerunt, ac Ca-
tholicis prævaluerunt, insaturabili avaritia*

c Lib. 1.
cap. 9. v.
6.

In Ecclesiasticorum bona diripuerunt ac devoraverunt, & loca eorum desolaverunt. Insignis cujusdam Lutherani cauponatoris, & ob lucra temporaria Trigami exemplum, refert Joannes Cochläus; (a) nam asserit impium quemdam Trigamum Catholicos hoc potissimum argumento à fide Purgatorii revocasse, quod mentiretur Purgatorium confingi per avaritiam Ecclesiasticorum: cum interim ipse, ait Cochläus, sit omnium avarissimus, qui ut divitias sibi pararet, cum esset ex patrimonio quovis Iro aut Codro pauperior, sceleratè multiplicavit nuptias, ducens uxores iduas opulentiores, unam post aliam. Et antiquum atque consuetum prædicandi stipendium extorsit improbâ discedendi simulatione, adtingeri sibi nova auctione non solum in duplo, sed etiam in triplo aut quadruplo, ut jam in millibus aureorum argenteisque, & deauratis poculis atque etiam aureis catenis, & torquibus (quod & de Bucero dicitur) certare possit etiam cum opulentis civibus. Hæc Cochläus: Sic novi Evangelii ebuccinatores, noviq; Pharisæi vident & fingunt festucam quæstus in oculis Ecclesiasticorum, & trabem inexplibilis pecuniarum cupiditatis in propriis oculis non considerant. Hos avaros hypocritas hoc D. Ambrosii instruo monito: (b) *Incusamus alicujus avaritiam: recordemur si nihil ipsi avari facimus. Et si fecimus, quoniam radix est malorum avaritia, Et tanquam sub terra occultè in*

a Part. I.
 append. de
 sedit. c. 10.

b Lib. 2. de
 pœnit. c. 8.

K

nostro

nostro serpit corpore: dicamus singuli; iustificatus est magis Thamar, quam ego. Dicant libi, inquam, avarissimi Novatores, non ferimus propriam avaritiæ trabem, & festucam avaritiam fingimus in oculis Ecclesiasticorum, longè ipsis sumus avariores.

a De hæres. lib. 8. cap. 3.

Hæc escâ, grata nimirum cunctis Hæreticorum divitiarum illecebra discipulos suos attraxit quoque ac fascinavit teterrimus Hæresiarum Calvinus, eosque ad templa despolianda, & violanda hoc classico concitavit, teste Florentino mundo Remundo: (a) *Quid attinet tantum auri, tantum argenti, tot vasa pretiosa, & ejusmodi ornamenta comparare ad servandum Deo? Vanasunt ista omnia, & malè collecta. Ad prædam fratres, ad prædam.* Nec morati traxerunt discipuli, innumera templa, Monasteria, ac Collegia mox depilaverunt, vix nisi dis relicti parietibus. Idem dicebat Plerodopropheta ille Judas, avarorum omnium Hæreticorum Coryphæus, de unguento & balsamo pretioso, quò pedes Salvatoris ungebatur sancta pœnitens Magdalena.

*b Dan. 5.
c 2. Mach.
3.
d 1. Tripa.
hist. lib. 6.*

Cæterum isti Templosum direptores & rerum quarumvis Divino cultui consecratarum violatores, nisi resipiscant maturè, Divinam illam meruant ac expectent vindictam, quâ Balthasar (b) extinctus est, eò quòd sacra vasa prophana essent: quâque flagellatus est Heliodorus, cum ætarium Templi parati spoliare: (c) quâ & Julianus (d) quod Deus

dicata vasa ac pallia sacrilegè abstulit, plexus est & interfectus: quâ denique impius Deici-
da Judas Ischarioth temporalis mortis, æter-
næque damnationis laqueô est strangula-
tus. Verissimè siquidem de avaris Hæreticis
ac schismaticis Divus scripsit Irenæus, (a) a Lib. 3.
quod Divinum non evadent iudicium, nec cap. 61. &
manum Dei ultricem: *Judicabit autem, ait, cap. 62.*
*& Pseudopphetas, qui non accepta à Deo Pro-
pheticâ gratia, nec Deum timentes, sed aut pro-
pter vanam gloriam, aut ad quæstum aliquem,
aut & aliter secundum operationem mali spiri-
tus fingunt se prophetare, mentientes adversus
Deum. Judicabit autem & eos qui schismata
operantur, qui sunt immanes non habentes Dei
dilectionem: suamque utilitatem potius consi-
derantes, quam unitatem Ecclesie, propter mo-
dicas & quaslibet causas magnum & gloriosum
corpus Christi conscindunt & dividunt, &
quantum in ipsis est interficiunt, pacem loquentes,
& bellum operantes, verè liquantes culicem, &
camelum transglutientes. Nulla enim ab eis
tantu fieri potest corruptio, quanta est schismatis
perniciës. Quibus sententiis validè percu-
tiuntur avari Novatores ac turbatores, qui
suam utilitatem potius considerantes, quam u-
nitatem Ecclesie, nefariô schismate se separant
ab Ecclesiasticis, quorum opes experunt, quos-
que thesauris suis replendis obsistere, sibi
persuadent.*